



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm  
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

**Grégoire, Pierre**

**Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.**

**VD16 VD16 G 2999**

16 de Duumuiris.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

## De Duumuiris. Cap. 16.

decerni permiffum fit. *Hormogen. in l. decurionibus. 8. de decurio. in P. ne torquentur, etfi decuriones esse defierint, in honorem pristina dignitatis, l. fi. de decurio in P. l. 1. C. eod. ne in metallum damnentur, nec in opus publicum, nec ad bellias, nec fustibus cadantur, Martia. in l. 3. de priuil. vetera. lib. 49. P. tit. 18. nec in opus possint adiudicari metalli, nec furca subici, vel viui exuri, nec quoque parentes vel liberi decurionum siue suscepti ante, siue tempore decurionatus sint, l. mors. 9. §. sed enim. §. liberos. Et seq. de pen. in P. l. 1. §. simili, quando appellan. fit, l. pen. ad leg. Corn. de ficar. l. decurionum, Et l. decurionem, de penis, C. l. antepen. Et fin. C. de quaestio. l. 2. §. in filijs, de decurion. P. l. omnes iudices, 33. eod. C. Et proinde in capitalibus criminibus, relegatione vel deportatione tantum puniuntur. l. inter penas, de interd. dist. vel multa pecuniaria, l. quingues, 57. Et l. eum qui, 58. de decur. lib. 10. C. Adoptiui filii decurionum & hoc gaudent priuilegio, l. cum adoptiuum, 4. de decur. lib. 10. C. Item auis decurionis, ne nepotes decuriones notauit afficiantur, imo & per patrem decurionatum amisso, filius priuilegijs vitur decurionis. Et eodem quoque relegato, vt in filio fenatoris placuit ante relegationem concepto. & c. d. l. 2. §. in filijs, de decur. in P.*

10 ¶ Verumtamen ¶ si decuriones, vel alij qui aliquod officium gerunt, in ipso officio deliquerint, veluti si decoctores sint pecuniarum publicarum, vel fraudulentum in adscriptionibus illicitis, vel immoderati in exactioe fuerint inuenti, etiam a iudicibus ordinarijs plumbatorum idibus subiciuntur. l. quilibet principalium, 40. de decurio. lib. 10. C. dum agitur criminaliter, cum ciuili iudicio alia patiuntur in iure enumerata, l. 2. de exactor. tribus, lib. 10. C. l. placet, de excus. muner. lib. 10. C. l. de hinc, de super exactor. tribus, eod. lib. 10. C. l. iudices, 12. de dignita. lib. 10. C.

11 ¶ Decuriones ¶ quoque ab extraordinarijs muneribus sunt immunes: quoniam satis onerantur, si ciuitatis munera congrue per eos gerantur, l. curiales omnium, 21. de decurio. lib. 10. C. l. humilioribus, de susceptor. eod. lib. 10. C. l. 2. de silentarijs, lib. 10. C. Quare nec ideo quod consulant ciuitati vel municipio, sunt cogendi, pretio viliori frumentum quod annonae temporalis est, patriciae hinc praestare, Paul. l. decuriones, 6. de admistr. rer. ad ciuitat. per. lib. 50. P. tit. 8. l. non debere, ad municipal. eod. lib. 50. P.

12 ¶ Prohibetur ¶ decurionibus, ne perse, vel per subiectam perionam praedia publica seu ciuitatis conducant, vel colant, l. p. l. 2. §. quod quis, de admistr. rer. ad ciuit. per. lib. 50. P. tit. 8. l. curiales, 3. C. locati, l. si quis procuracionem, de decur. lib. 10. C. Succedentes tamen conductoribus recte conductiones retinent, l. decurio, 4. de decur. C. argul. militum, §. fin. de re militar. P. Item prohibetur vectigalia alia exercere, l. spiritus, 6. §. decurio, de decur. P. procuratores, l. si quis procuracionem, 34. de decurio. lib. 10. C. fideiussores mandatore seu locantium esse, d. l. curiales, neve tabelliones sint, l. vniuersis, 15. de decurio. lib. 10. C.

## De Optionibus. Cap. 15.

1 Optiones qui dicitur inter decuriones.

1 Vatro ¶ l. 4. de lingua Latina, optiones ex decurionibus fluxisse sic notat, Itaque, inquit, primis singularum decuriarum, decuriones sunt dicti, qui ab eo in singulis turmis sunt etiam nunc terni. Quos hi primo admistratos ipsi sibi adoptabant, optiones vocari ceperunt, quos nunc propter ambitionem tribuni faciunt. De his loqui Cae-sares, Honorium & Theodosium, arbitror, dum aiunt in susceptoribus creandis, antiquam consuetudinem, quae de Irenarcha & optione est, obseruandam esse, in l. pen. de iur. sisc. lib. 10. C. tit. 1. Sic Theodosius & Valentinianus, curialibus subiungit optionem, tanquam apparitorem. Nisi forte, inquit, curialis aut apparitor, vel optio, vel actuarus, vel quilibet publici debui exactor siue compissor possessorum vel collarum habuerit cautionem. Et c. l. 3. de a. obis publi. lib. 10. C. tit. 22. Scio quod diuersum sentiat in hac re Alciatus, d. l. penul. de iur. sisc. lib. 10. C. verum mihi videtur verior mea sententia. Firmat hanc eandem Sextus Pompeius in libris de verborum significatione: Optio, inquit, qui nunc dicitur, ante appellabatur accensus: is adiuor dabatur centurioni a tribuno militum, qui ex eo tempore, quem velint centurionibus permiffum est optare, & nomen ex facto sortitus est, & c. Et Paulus apud eundem Festum: Optio est optatio, sed in re militari optio appellatur is, quem decurio aut centurio optat sibi rerum privatarum ministrum, quo facilius obeat publica ministeria. Et optionem, vt decurionatus & pontificatus dicitur. Aliud tamen, fenescense imperio, munus optionis fuit, de quo Vegetius lib. 2. de re militar. cap. 7. & Modestus.

- 1 Duumuir qui, & manus.
- 2 Consules, capitolini, & cheuini, duumuir municipales, eod. §. 5.
- 3 Duumuirorum municipalium el gendorum formula.
- 4 Duumuirorum municipalium annalis administratio.
- 5 Duumuir quando deposita administratione conueniuntur.
- 6 Et quando pro collegis, eod.
- 7 Duumuir & triumuir & decemuir Romanorum.
- 8 Duumuirorum capitalium munus.
- 9 Duumuir quinqueuales, aditus sacri qui.
- 10 Decemuir Lacedaemonum.

A Ccurfus ¶ duumuiros praesse decurionibus tradit, Accurf. ¶ glo. 1. in l. generalis, 54. de decurio. lib. 10. C. Et in l. duumuirum, 53. eod. tit. Iustinianus similes municipales duumuiros defensoribus alijs locorum facere videtur, vt eandem habeant potestatem in municipio duumuir, ac defensores in alijs locis, in quibus constituantur, in l. si de iudicijs, lib. 3. C. tit. 1. Et duumuirum ordini decurionum etiam praesse, vel interesse aperte docet Papinianus, l. Imperatores, 28. ad municip. P. Et Paulus dum non nisi decurionem duumuirum creati posse tradit, in l. honores 7. §. is qui, de decur. in P. Hi, vt arbitror, magistratus municipales sunt, quos hodie eligi videmus in singulis municipijs, oppidis & ciuitatibus, qui alibi dicuntur consules, apud nos capitolini, Burdegale iurati, Lutetia escheuini. Et proinde illorum tractatio est vtilis, quod quotidiana sit & plenius attingenda, vt ait Paulus in similibus, l. legauit, de liberat. leg. in P. Duumuir municipales, a consilio decurionum seu burgenfium legitime congregato & conuocato, nominari debent, eaque electio seu nominatio ad nominatum per officialem publicum perferri debet, vt vel munus accipit vel prouocet, l. 2. de decur. lib. 10. C.

¶ Debet ¶ item nominatione rite facta per praesidem vel pro- consulem, vel prouinciae iudicium confirmari. Idcirco, si constat sine ordine, nullo actu ex lege habito duumuirum creatum, sed tantum vocibus popularium postulatum, eiusque tunc pro- consulem, quod facere non debuit, consensisse, creatio nulla atque appellatio in re aperta, superuacua est, l. ipia in l. si confat, 12. de appell. lib. 49. P. tit. 1. l. nominationes, 27. eod. tit. de appellat. lib. 7. C. tit. 62. Sequenda in nominatione & electione horum nunc, ciuitatum & oppidorum consuetudines, & leges municipales.

¶ Administratio ¶ horum, & magistratus annalis est, nisi ob ¶ pertinacia, quod munus hoc recipere subterfugerint, duplicetur in penam tempus, l. si ad magistratum, 11. de decurio. lib. 10. C. tit. 31. l. in honorarijs, 33. §. fin. de act. in P. Exemplo forsan consulum Romanorum, l. 2. exactis, de orig. iur. duumuir in alijs ciuitatibus annui, cum potestate in municipes, constituti & electi: sicuti & de decurionibus, consiliove publico ciuitatis, nempe ad exemplum Romanae ciuitatis, senatus, delectos fuisse diximus. Nam & duumuir habent pro territorio, in quo factus suat iurisdictionis exercent, metas proprie ciuitatis tantum, l. duumuirum, 53. de decur. lib. 10. C. nisi alias iurisdictiones aliorum locorum priuilegio alio, vel iure alio, vt quilibet domini habent. Quemadmodum plerumque contigit ciuitatibus habere, vt Cadulcorum. ¶ Sed ¶ tamen & post annum pro administratione re- rum ciuitatum, & in duumuiros, si non in vtilitatem ciuitatis gesserint, etfi bene, & in rempublicam datur actio ex contractu magistratum municipalium, l. in honorarijs, 33. §. fin. de actio. lib. 44. P. tit. 7. vbi gl. distinguit, iuncta l. ciuitas, de reb. cred. in P. Si plures creantur duumuir, & illud potest adici creationi, vt multo periculo teneantur, quo vicarius damnis sint obstricti: alioquin antequam quis pro collega possit conueniri, eius nominator discutiendus esset, l. si ita duumuir, 3. quo quis ordine conuenia. lib. 11. C. tit. 35. ¶ Possemus ¶ forsan in municipijs duumuiros, ad imitationem tribunorum pleb. Romanorum inductos, dicere, in quorum locum, & forsan in frequentioribus ciuitatibus sunt quidam, qui in decuriones seu burgenfes, & ciues potestatem habent: vt Lutetia est, quem vocant Le preuost de Paris, Burdegale, le mere, Tholosa & alibi, vicatus dictus, le vignier. Qui & possent quoque dici aliquo modo defensores ciuitatum. Et hoc modo capitolini, escheuini, iurati, consules ciuitatum, non duumuir, sed magistratus potius alij erant municipales. ¶ Verum ¶ nec ignorandū ¶ est hanc duumuirorum appellationem & mutuatam quoque a generali formula Romanae ciuitatis, in cuius administrationis genere, & duumuir, & triumuir, & decemuir, & alterius numeri viri prepositi negotijs quibusdam certisve di-

cebantur, ad plebis euitandam suspitionem. Erantq; diuersi isti duumviri & triumviri & similes. l. 2. § deinde cum es- set necessarius, de origin. iur. P. de quib. omnibus vide Alexan. ab Alexand. c. 16. lib. 3. Vno phang. Latium, lib. 3. x. repub. Rom. c. 2. § 3. pro diuersitate negotiorum, quibus tot viri praeficiebantur: vt capitales, & dilitii sacrorum, quinquennales, nauales.

7 ¶ Duumviri ¶ capitales causas criminum distinguebant, iudicabant & perduellionis diem reis dicere solebant. Sicut ex Livio constat: dum de Horatii, vt perduellionis reo, crimine & iudicio agit. Livius lib. 1. & alibi de M. Manlii damnatione, Livius lib. 6. Deca. 5. Vlpianus horum duumvirorum etiam in municipiis ait esse potestatem carcerum, & dimittendi a custodia, Vlpia. in l. si quis uxori. 53. § si fugiuum, de iur. lib. 47. P. tit. 2. Sicut & Pomponium enumerat triumvirorum monetales artis, argenti, aurifloros & triumviros, addit capitales qui carceris Romae custodiam haberent, vt cum animaduerti oporteret, eorum interuentu fieret, Pompon. in l. 2. § eodem tempore constituti. de orig. iur. lib. 1. P. tit. 2. Erant & Romae duumviri quinquennales a potestate iudicii temporis quinquennalis accepta, meminit Spartia.

8 in Adriano. ¶ Duumviri ¶ dilitii seu sacri erant, qui aedes dedicabant, qui expiationes vel melius execrationes, l. cisternia, ad placanda iudicia faciebant publicas aedes locabant, meminit Livius lib. 5. § 6. Deca. 1. § lib. 3. Deca. 1. 3. Reliquos non persequat. ¶ Admonebat ¶ tamen Lyfandrum apud Lacedaemonas, elegisse decemviros in Lacedaemona singulis ciuitatibus, led eos tantum qui amicitia, conuiuium vel obsequium, vel hospitio essent coniunctissimi, vel quod sibi placuisset se facturos spon- disissent vt omnia pro nutu suo regeret, & crudeliter ageret Aemil. in l. tribus in Lyfandro, Diodo. Sicil. lib. 14. Xenoph. in 3. Hellen. Vnde colligimus hos duumviratus & decemviratus municipio- rum accedere ad quandam, quatenus licet aristocraticam, vel popu- larem per vices administrationem summam, relictis negotiis communibus aliis magistratibus inferioribus, municipalibus.

De Magistratibus municipalibus. Cap. 17.

1 ¶ Magistratus tribus mensibus ante subeundam administ- rationem nominantur.

2 ¶ Magistratus municipales plures pro vno sunt, eod.

3 ¶ Magistratus municipalibus quae concessam iure dicundo po- testas.

4 ¶ Appamienfium res publica libera, eod.

1 ¶ X ¶ decurionibus quoque ad magistratus municipales no- minantur, idq; ante tres menses, quam subire magistratum debeant. l. 1. de magistratib. municipal. lib. 1. C. tit. 57. Isti autem ma- gistratus municipales vnam tantum potestatem, etsi plures sint, referunt: quia vnum administrant vt collegae magistratum. l. ma- gistratus, 25. ad municip. in P.

¶ Habent ¶ iure definitam dignita- tis curam, & notionem. Atque in summa, ea quae magis imperii sunt, quam iurisdictionis, magistratus municipales facere non possunt: nec illis permittitur in integrum restituere aut iurare, bona rei seruanda caussa possidere, aut dotis vel legatorum ser- uandorum caussa, Paulus Lea qua, 26. ad municip. lib. 50. P. tit. 1. nec supplicium a seruo sumere, quamuis modica castigatio eis non sit deneganda, l. magistratibus, 12. de iurisd. omn. iud. P. lib. 2. tit. 1. Solent maiores iudices magistratibus istis ea committere, quae celeritatem desiderant, & requirunt, ob moram necnam expe- diti citius: vt in damni infecti cautione patet exemplum, l. 1. de dam. infect. l. 39. P. tit. 9. Et ipse conuenientes, etiam de re maio- ri, pud magistratus municipales agerit Paul. in l. conuenientes, 23. ad municip. P. Sed & in quaestione iurisdictionis magistra- tum municipalium praecipue animaduertendum est, quid in e- orum priuilegiis & legibus vel antiquitate, vel principis auctoritate firmatis praescriptum sit: illudque ratum habendum. Quod ex epitola Plinii Secundi ad Traianum & responso Traiani pers- picuum est, dum Apamienfes obiecerunt Plinio proconsuli, habuisse se priuilegium & vetustissimum morem, arbitrio suo rem publicam administrandi quod & probauit Traianus, Plini- us Secundus lib. 10. epistolae. epistol. 46. § 47.

De Defensoribus ciuitatum. Cap. 18.

- 1 Defensores ciuitatis, & locorum duplices, sine dignitate, & cum eadem.
- 2 Defensores vnde dicti.
- 3 Defensores locorum a quibus eligi debent.
- 4 Defensorum electio a quo confirmetur.

5 Defensorum temporalis administratio cum iudicandi potestate, & iurisdictione.

6 Defensores quos habeant administratos.

7 Defensores sine iussu principis non deponunt administrationem, impune, eod.

Defensores ¶ ciuitatum sunt in duplici ratione: alii namque sunt, qui nomine ciuitatis causas eius, lites atq; negotia curant vt actores & syndici in l. 1. § personalia, de muner. & honor. in P. l. fina § defensores, eo. titul. vt dicemus Deo fauente suo loco, in iudiciorum personis, dum de procuratoribus agemus. Alii de- fensores ciuitatum sunt cum potestate & magistratu: de quibus hic agimus, qui & locorum defensores dicuntur, si ciuitates vel municipia non sint vel si ab eis non denominentur l. 1. de defen- sor. ciuita. lib. 1. C. tit. 56. vt & prouinciarum defensores alii, qui- bus latior cura, & plures res & ciuitates defendendae commissa sunt l. 4. C. eod. Potest. & concurrentem. ¶ Defensores ¶ dicti sunt a cura rerum, quibus praepositi erant, vt eas ab omni iniusti- tia liberas vindicarent: vnde & paterna voce dicti: ita defensores, vt ait Iustinianus vt eripiant a malis iniuriarum patientes, Instiria, § 1. nouell. 15. tit. de defensor. ciuita. in authent.

¶ Defensores ¶ ex ciuitatum nobilioribus habitatoribus eli- gi debent, quemadmodum & de duumviris diximus: nequeli- citum est municipibus munus impostum repudiare, quatenus praeremaneat dignitate, secundum videlicet circulum idoneo- rum, authent. vna. l. 1. C. tit. 56. C. de episcopal. audien. § interim, & § si qua ve- ro de defensor. ciuita. in authent. Non tamen ex ordine decutio- num, vel cohortalium sed aliorum, qui capaces inueniuntur l. 2. de defensor. ciuit. lib. 1. C. tit. 56. Ex decreto reuerentiorum epi- scoporum, nec non clericorum, & honoratorum, possessorum & curialium, qui sacrosanctae religionis inbuti mysteriis, hoc in primis sub gestorum testificatione, praesente quoque re- ligiosissimo fidei orthodoxae antistite, per depositiones cum sa- cramenti religioe celebrandas patefecerint, l. subimus, 7. de epi- scopal. audien. lib. 1. C. tit. 7. § authent. praedicta, eod. titul. & San- ctissimi, de defensor. ciuit. in authent. l. defensores ita 8. C. eod. tit. C.

¶ Electi ¶ confirmantur a praefecto prouinciali, iuramento ¶ illi praestito, quod omnia secundum leges sacius acturi sunt, § iurandum, de defensor. ciuit. in authent. olim a clarissimo prouinciae iudice praefecto praetoriano die iurauerunt, & § 1. de defensor. ciuit. in authent. l. defensores ita 8. C. eod. tit.

¶ Defensorum ¶ munus olim erat quinquennale, l. 4. C. de de- fenf. ciuit. ex nouellis autem Iustiniani est biennii, § iurandum, & § si eo. tit. in nouell. Quibus etiam illis est iurisdictionis in partit Caetar, vt honestiores apparerent, in § 1. vers. nos iur. ca. tit. in no- uellis, quod quidem antea habuerant. l. 1. C. de def. ciuit. verum successu temporis viderat, § 1. eo. tit. in nouell. Cassiodorus in for- mula defensoris cuiuslibet ciuitatis Cessid. r. lib. 7. Variar. c. 11. tradit eius officii esse committere a ciuibus secundum temporem qualitatem, a quibus moderatione disponere: definire seruare quae iussissent statuta pretia: tuncq; defensorem implere officii- um suum, si ciues suos nec legibus patiarum opprimi, nec carita- te consumi. Idiplumq; officium postremum alibi, Cassiodor. lib. 7. c. 12. ad uratores ciuitatis: refert in formula curatoris ciuitatum, nempe vt merces non ad nutum meritorum, sed a quabili pre- tio veneant. Gratianus, Valentinus & Theodosius CCC. Theodo- ro defensori formam defensionis praeribunt, l. in defensoribus, 4. de defensor. ciuita. C. Idem § 1. 3. § 1. eod. vt defensor parentis vi- cem plebi exhibeat: non patiarur rusticos vrbanoq; desipio- nibus assigi: officialium insolentiae, & iudicium proca. ita. soluta reuerentia pudoris, occurrat: ingrediendi vni veller ad iudi- cem, scilicet et prouincialem, liberam haberet potestatem: non pati super delegationem solitam quaequam exigi: nec ipsum ex- igere damna vel spolia. ab iis quos liberorum loco habet. Ad- dunt Honorius & Theodosius, quae defensorum esse, ne posses- sores maioribus mensuris & ponderibus a susceptoribus pra- grauentur, & eos deprehensos, ad iudicium cum fraudis depre- hensae iudicio dirigere, l. subimus 9. eod. de def. ciuit. ¶ Hoc officii- um est personale, in quo nec vicarios admittit ius, nec habere concedit § nulla ex iussione licentia, eo. tit. authent. Cognoscit porro & iudicat defensor ciuitatis in ciuilibus negotiis vique ad quin- quaginta solidos, actis tamen iudicialibus interuenientibus: de- debi-